

## INSVLAE REGIONIS PRIMAE ITALIAE.

XCIII. PONTIAE INSVLA (*Ponza*).

*Insulae numero tres Pontiae* (sic itinerarium maritimum p. 515; *Pontiae insulae* Plinius 32, 11, 154, Athenaeus 6 p. 224c, Dio 59, 22; *Pontiae* Suetonius Gai. 15) quae dicuntur, propriis nominibus appellantur maxima et ipsa Pontiae (*Pontias insulam* Livius 9, 28; *Pontiae* iuxta positae Palmaria et Sinonia Plinius 3, 6, 81, iuxta posita Palmaria Varro de r. r. 3, 5, 7 et Mela 2, 7, 121) sive Pontia (Diodorus 19, 101; Strabo 2, 5, 19 p. 123. 5, 3, 6 p. 233; Ptolemaeus 3, 1, 79; Eusebius apud Syncell. p. 650; *insula Pontiana* Hieronymus chr. Abr. 2442), hodie *Ponza*; secunda Palmaria (sic libri Plinii 3, 6, 81 et Varronis l. c.; *parmaria* liber Melae l. c.), hodie *Palmarola*; tertia Sinonia (Plinius l. c.), hodie *Zannonone*. E regione litoris Volscorum sitas et ipsas fuisse Volscorum Livius (9, 28) ait. Coloniam iuris Latini eo deduxerunt Romani a. 441 (Diodorus l. c.; Livius l. c.) eaque mansit temporibus certe belli Hannibalici (Liv. 27, 10), quo tempore Romanis fidem servavit; sed neque auctores de ea habent quod memorabile sit, nisi forte quod imperatoria aetate nobiles homines passim eo relegabantur (Suetonius Tib. 54, Gai. 15; Dio 59, 22; Eusebius et Hieronymus l. c.), nec tituli quicquam idoneum suppeditarunt, ut adeo nisi auctorum testimonia essent, rem publicam insulanam habuisse ignoraremus. Sane insulae hodie neglectae iacent, nec tamen

crediderim titulorum defectum soli incolarum incuriae advenarumque raritati imputandum esse, sed insulam licet Strabonis (p. 233) aetate satis habitam posteriore aetate concidisse pariter ut Linternum et Volturnum aliaque complura adversae orae olim florentia oppida.

Pontiae insulae titulorum (nam ex Palmaria non habemus nisi unum aevi medii editum a Remondinio in hist. eccl. Nolana 3, 79, ex Sinonia nullum) curam egit Pontianus Iosephus TRICOLI non tam edito commentario (*monografia per le isole del gruppo Ponziano*. Neapoli 1855. 8. pp. 437) quam collectaneis scriptis apud heredes eius adservatis, unde quaedam ab Eichholzero accepta GVARINIVS edidit a. 1846 in itineris vagi mansione prima, omnia diligenter excusserunt qui nostra causa insulam adierunt Iohannes Schmidt et Henricus Holtzinger. Contra P. MATTEI edito libello (*l'arcipelago Ponziano, memorie storiche*. Ed. 2. Neapoli 1857. 4. pp. 100) Latinos titulos nullos inseruit<sup>1)</sup>, nec quicquam SCHMIDTIVS noster ibi invenit quod exciperet.

1) Addo titulum Graecum relatum apud Tricolium, melius editum a Matteio p. 73, quoniam deest in C. I. Gr.: ΜΝΗCΘΗ CΑΡΜΟΔΙ ΒΟΥΛΕΥΤΑ ΠΑΝΟΡΜΕΙΤΩΝ ΤΗC ΚΕΦΑΛΗΝΙΑC ΕΥCΕΒΙΑC ΕΤ / ΥΧΛΗCΘΕC

6773 fistula plumbea diam. int. max. 0.095, Ponzae rep., hodie Neapoli apud generalem d'Ambrosio.

ab una parte litteris maioribus:

M VLPI PHAEDIMI AVG L

ab altera parte:

EPAPHRODITVS · PHAEDIMI  
AVG LIB · AB CVBICVLO S FEC

Ioh. Schmidt et Aug. Mau descripserunt.

M. Ulpus Phaedimus vix is est, cuius extat titulus vol. VI n. 1884, defunctus annorum XXIV una cum imperatore Selinunte a. 117; is enim Traiano fuit a potione, item a laguna et triclinaarcha, praeterea lictor proximus et a commentariis beneficiorum, hic vero eidem a cubiculo.

6774 Ponzae.

PONTIO · NIGRINO · C

M · LEPIDVS

Tricoli in schedis; sequuntur inscriptiones patellarum et tegularum. Quid de his statuendum sit, nescio; in priore nominatur consul a. 37.

6775 [= 3534] Ponzae rep. a. 1833 nel villaggio di S. Maria in un monumento sulla vetta del promontorio TRICOLI.

VRANIE · AVG L ET  
AMCVS · ATR  
MONVMENTVM · SIBI  
POSTERISQVE · SVIS · FEc

Tricoli ms. duobus exemplaribus (inde per Eichholzerum Guarini iter vag. mans. I p. 20).

1 AVGIET, 2 AMCVS, 4 FECIT traduntur.

6776 [= 3529] Ponzae in un giardinetto di D. Filippo Cimino console di Genova TRICOLI.

DIS · MAN  
BATVSI  
VS · FILIAE  
BENEMER  
5 ENTI · FECIT  
QVE · VIXIT · A  
NIS · XII · MES  
VIII

Tricoli ms. duobus exemplaribus (inde per Eichholzerum Guarini it. vag. mans. I p. 20).

1 DIS MA Tric. I, DIS M Tric. II, DIIS·MAN Guar. — 3 FILIAE Tric. I, FIAE Tric. II. — 7 MENS Tric. II.

6777 [= 3534] Ponzae in hortis Cimino.

DIS · MAN  
CAMPANO  
COSFRBO · BE  
NEMEREN  
5 TI · FECIT · PI  
PROVINCIA  
ALIS · QVI · VI  
XI · ANIS · LV

Tricoli ms. duobus exemplaribus (inde per Eichholzerum Guarini iter vag. mans. I p. 21).

1 MA traditur. — 2 CAMPANO Tric. II. — 3 COS·FR·BO, 8 XI traduntur.